

Atis. Nam non infantibus aliis modò, sed & supellectili, qua docebatur, & pupis puerilibus volebat ut nutrit in praberet & offerret mammam, quasi ad mensam suam propriam ex humanitate imperiens ea, quae habebat, bona, & jucundissima sibi communicans iis, quae ipsam oblectabant. Ante bimarium tamen perit. *Plut. in Consol. ad uxorem.*

GEORGIUS GISCRA Boemus (Dubravius Joannem à Brandefio, cognomine Giscram, vocat) armorum gloria clarus (qui mortuo Alberto Imperatore, Ladislai pueri partes unus ferme defenderat in Hungaria, cum rex Poloniae Uladislaus regnum invasset, praxones sapè acie fuderat, Joannem Huniadem bis castris exuerat, rebellantes Hungaros magnis cladibus affecerat) cum cæteris legatis missus, ut puerum in Boemiam adduceret, ubi ad conspectum Ladislai, qui in aula Friderici III. Imper. patris & tutoris sextum ætatis annum agebat, intro-missus est apud Novam civitatem, ejus manum exoculatus, in hunc modum verba fecit: Video te tandem reneoque, mi rex. Si scires, quod pericula proper te subivi, quibus me laboribus implicui, quot a vero corpore veluti accepit. Patri ego tuo ubique vitam devovi. Esti tu hæc per atatem non intelligis. Et subridens: Quod, inquit, mihi præmium fidei ac laboris erit? & quod das militi tuo stipendium? Tum Ladislaius, oculos huc atque illic circumvolvens, loculos Joannis magistri caræta, quibus ille nimios pauperibus erogandos asser-vabat, tactus arripit, æraque sex tantum, neque enim plura invenit, illinc deprompta, Giscra dono dedit. Quos aut postmodum inclusos è collo suspendit, regie gratitudinis monimentum, futuræ magnificentæ indicium. *Æn. Silo. cap. 58. hist. Boem. & Bonfin. lib. 5. Dec. 3. & Dubravius, lib. 58.*

Avaritia.

Puer cum auream laminam, quæ ex Dianæ corona deciderat, sustulisset, in judicium adductus est. Judices Areopagita crepundia, talos & laminam auream proposuerunt puero. Qui cum iterum ad aurum inclinaret, plexus est tanquam fatrigulus: neque ætati veniam dederunt, sed flagitium & locus in ipsa veluti herba oppresferunt.

Prodigalitatit.

M. ANTONIUS Triumvir Antyllum habebat ex Fulvia: is puer Philotæ dederat ingentem vaforum vim: quæ quum ille recufaret accipere, metuens, ne pater tantam sibi liberalitatem non probaret: Quid times, inquit puer, accipere? An necis, cum qui dat, Antonii esse filium? *Plut. in Antonino.*

Ambitionis.

FRANQUELLUS auctor est, puerum adhuc C. Jul. Cæsarem semper Euripidicæ carmen, quod est in Phenissis, in ore habuisse: Si jus humanum violandum est, regnandi causa violari oportet: in cæteris rebus pietatem colas. Idem nondum pu-bescens, quamvis dominante Sylla, tamen ad populum Roma-num prodians fiducia plenus, Dialæ ausus est Sacerdotium petere. Idem cum apud Gades, Alexandri magni statum vidisset, illa crymassè fertur: quod cum Alexandro (qui xxiv. annos natus, totum ferè orbem devicerat) ætate par est, nihil adhuc egressi designasset. Monarchiam lacrymè istæ exoptare, atque etiam portendere videbantur. *Plut. in vita.*

Magnanimitatis, in honoribus appetendis, consequendis, aut spernendis.

CYRUS puer venatum egressus, cervam & aprum, frustra prohibentibus præceptoribus, insectatus confecit, nullo plagaram metu saltem, ut carnes avo Astyagi regi Medorum donaret Domum relatis feris, cum avo obtulit eas, tum se has ipsi venatum dixit. Jacula verò non illa quidem demonstravit, sanguine tamen conspersa illo poluit loco, quo ea visurum avum existimabat. *Xenophon. lib. 1. Pedie.*

Idem, à matre Mandane in Persidem, relicto Astyage patre Medorum rege, reditura, ut secum abire vellet, rogatus negavit. Quia domi quidem, inquit, inter æquales & lagitando & jaculando, ut sum, ita videor esse præstantissimus. Hic autem satis intelligo me equitandò ab æqualibus superari. Quod quidem mihi permolestum est. Quod si me hic reliqueris, atque ipse equitare didicero: quum inter Peras ero, facile arbitror, illos me præstantissimos pedites superaturum: at quum huc ad Medos venero, nimirum inter equites bonos ipse excellentissimus, opem avo ferre conabor. *Ibidem.*

THEMISTOCLES cupiditate gloriæ omnes superavit mortales.

Inaque juvenis etiam novus, & novus, maximis precibus ab Epicle Hermionensi citharista, quem magno in honore Athenienses habebant, ut artem exerceret apud se, contendit: id cupiens, frequentes ut domum suam quærenter, celebrarent. *Plut. in eius vita.*

AGESTILAS Lacedæmoniorum rex, cum puer adhuc esset, & ageretur ludus solemnis, quo periturum exercebantur, atque is qui negotio præfectus erat, statuit illum in locum parum honorificum: Bene est, inquit, ostendam enim non locum viris, sed viros loco conciliare dignitatem. *Plut. in Apoph. Lacon.* Hoc ipsum etiam Aristippo tribuitur.

Clementia.

SEVERUS Imper. cum omnes hostes è medio tollere decrevisset, ut filiis suis Bassiano & Getæ pacatum relinqueret Imperium: Bassiano in omnibus assentiente, ut liberis etiam illorum fraderet necari: Getæ puer interrogavit, Quamvis esset occidendorum numerus: Eum cum patre edidisset, rogavit, Num isti haberent parentes ac propinquos? Quum responsum esset, habere, & quidem multos: Plures ergo, inquit, in civitate tristes futuri sunt, quam læti. Valuisse cordati pueri dictum, nisi quoddam crudelitas obtulisset. *Erasmus, lib. 6. Apoph. ex Spartiani Getæ.*

FRANGELIUM filium patris Sforcia cæteris fratribus antepo-nens, adolescentem adhuc cum aliquot fidelissimis in Apu-liam misit, qui Joannæ regnum adventus Aragonis meretur. At ille contempit adolescentem ætate cum defecissent, Francis omnes non multo post vivos cepit, veniamque summa benignitate concessit, interque suos, ut antea, principes esse voluit. Quæ re patri Sforcia significata, iratus vehementer scripsit ad filium, ut de omnibus supplicium sumeret. Quibus lectis ille literis, parumper subsistens animo, non mucinum interrogare cepit, Quo vultu pater id sibi præcepisset? Quam-que irato maxime, ille respondisset: Ego verò, inquit, pacatum illum animum expectabam. *Ignatius, lib. 3. cap. 3.*

Crudelitatis, Tyrannidis.

Sunt qui tradunt, Cambysem Cassandæ matri assidentem, quam animadvertisset eam cum Perside quadam muliere familiariter queri, quod sibi pulchram Cyro prolem enixa, Ægypti-acta ab eo in amore ancilla præferretur: spontè ei pollicetur, siquando per ætatem adoliveret, se quæ summa in Ægypto essent, ima redditurum. Idque eum postea fecutum, bel-nam Amari regi Ægypto intulisse, & Ægyptum subegisse. *Sabellicus, lib. 7. Emead. 2.*

DAECONTEUS Spartanus, & puer adhuc, & imprudens, puerum alterum Laniocion cultro percussum occidit. Ob id certe exilio damnatus est. Nam & apud Græcos exilio voluntario sortuiti casus luebantur, & cum nullum homicidium impunitum esse debere existimarent, exilio puerorum non tam eorum injuriam puniebant (quæ certe sine animo nocendi nulla esse potest) quam parentum incuriam atque ignaviam, qui si diligentiam præstitissent, filii utique non peccassent. *Æro-dius ex Xenophonis, lib. 4. Pedie.*

In Tiberio Cæsare sæva lætaque natura cum in puero, tum multò magis in principè exiit, etiam inter initia, cum adhuc favorem moderacionis simulatione captaret. Scurras, qui prætereunte funere, clarè mortuo mandaret, ut tunciare Augusto, nondum reddi legata, quæ plebi reliquisset: attractum ad se recipere debuit, ducique ad supplicium imperavit, & Hæti patris suo vetum referre. Nec multò post in Senatu Pompejo cuidam, equiti Romano, quiddam perneganti, dum vincula minatur, affirmavit fore, ut ex Pompejo Pompejanis fieret: acerba cavillatione simul hominis nomen incensens, veterem-que partium fortunam. *Suetonius.*

C. Caligula adolescens naturam sævam atque probrosam ne quidem inhibere poterat, quin & animadvertionibus pen-nis ad supplicium datorum cupidissime interesset, ganeas atque adulteria capillamento velatus & veste longa noctibus ambiret, ac fenicas saltandi canendique artes studiosissime appeteret: facile id sanè Tiberio patiente, si per has manife-stari posset ferum ejus ingenium. *Suetonius.*

DOMITIANUS, (suscepto præture urbanae honore, omnem vim dominationis tam licenter exercuit, ut jam tum, qualis in Imperio aliquando futurus esset, ostenderet. Contraecta-que multorum uxoris, Domitiam Longinam Ælio Lamia nuptam etiam in matrimonium abduxit: atque uno die su-pet xx. urbana officia, atque peregrina distribuit: mirati

A se Vespasiano dicitante, quod successorem non sibi mitte-ret. *Idem.*

COMMODUS, M. Antonini Philosophi Imper. & Faustine F. statim à pueritia turpis, improbus, crudelis, libidiniosus, scur-rum se & gladiatorum magis quam Imperatorem ostendit, cru-delitatisque exempla multa præbuit. *Cassianus ex Hero-diano.*

DIADUMENUS, qui cum patre Macrino Imper. perit, est omnium, qui ea ætate fuerunt, longè pulcherrimus, paternam tamen in tenera adhuc ætate retulit scævitiem. Ejus epistolæ ad patrem una, altera ad matrem data, abundè id demonstrant: quæ deinceps in medium prolata, in causâ fuerunt, ut cum pa-tre sit ferro delectus, quum à militibus esset alioqui servandus. *Sabell. lib. 6. Enn. 7.*

Latro quidam Scotus, ad Finnian antrum, vulgò Fenisden, in Angusia, cum scelerata familia ab hominum sodalio secre-tus agebat, sub Jacobo II. Scotorum rege. Mos erat homini truculento adolescentem quos aut furto iustulisset, aut abique arbitris jugularat; domi suæ estare. Eo quod scelus cum conjuge totaque familia, unica filia vixidum annum unum na-ta excepta, vivis flammis tradidit est. Sed hæc Dei donis educata, priusquam duodecimum superasset annum, in pater-no scelere præprehensa, quum duceretur ad supplicium, con-versa ad increpantes, vultu crudelitatem præ se ferente: Quid, inquit, me objugatis? qui si experti essetis, quam palatum de-lectet humana caro, ne a liberorum quidem estu abstineretis. Ita perpetrati criminis impænitens, viva terra obruta est. *H. Boehm. lib. 18.*

Puer undecim annos natus, qui puellam istæ lapidis occisam abdidit, decreto Curie anno M. CCCXIV. sirpicula ad pa-tibulum tractus, finiuit laqueo. *Bodinus.*

Popularitatis.

CYRUS puer etiam natus apud Astyagem avum educatus in-ter Medorum pueros, licet Persa genere, celeriter tamen æqualibus se immiscuit, ut jam ipsis familiaris esset. Quinetiam ipsorum parentes cum aedendo, tum declarando se filios eorum diligere: adeo sibi conciliavit, ut si quid à rege petitura essent, filios jubere orare Cyrum, quo rem ipsis efficeret. *CYRUS* verò cum humanitatis, tum etiam honoris adipiscendi studio, nihil prius neque potius ducit, quam ad pueri rogatus esset, effectum daret. Eum aliquando Asty-ages avus Medorum rex, in venationem cum pueris æqualibus eduxit, & feris in loca equitantibus idonea compulsis, ma-gnam venationem instituit, vetans, ne quis feriret, priusquam Cyrus feriendo seimet expleret. At Cyrus prohiberi cæteros non ferens, æqualibus etiam suis liberam perhibendi decer-tandique potestatem ab avo imperavit, unumquemque no-minaque extortans, & alium quidem qui aberrasset vel lapsus esset, ridens: alium verò abique ulla indicatione invidiæ ob-rem bene gestam laudans. *Xenophon. lib. 1. Pedie.*

ORIO Magnus Imp. Henrici Aucupis F. tam læta fuit indolis, ut ab omnibus Amor mundi diceretur. Et re ipsa postea se verum amorem mundi esse, in Imperio evidentè demon-stravit. *Headon in Chron. Germ.*

Scurrilitatis.

NERO tener adhuc, Circensibus ludis Trojam constantissi-mè favorabiliter iust. *Suetonius.*

CAROLUS IV. Imper. Venceslaus filium suum, quem regni Boemie consortem fecerat, tempèstivè gravioribus regni cu-ris admovebat, ut bene consulta audire, laboreque ferre con-sulere. At ille ex feris negotiis non alium quam tædium fer-ferabat, ac mox ad levia & nugatoria cum æqualibus delaba-tur. *Dubrovius, lib. 22.*

Pietatis erga Deum.

Consule Tit. Martyrum, qui in pueritia pro Christo mari-ni dubitavit.

SAMUEL Helcanæ & Annæ F. adolescentulus, nondum duo-decimum excedens annum, cum apud Heli Pontificem in templo educaretur, dignus habitus est, cum quo Deus sapius loqueretur; munusque futura prævidendi acciperet: nec indi-gnus, qui diuissimè post Israeliticum populum gubernaret, ac penè pro arbitrio Judæorum regno ureretur. *1. Regum, cap. 2. & 3.*

L. B. T. beatr. vite Human. Tom. IV.

JOSIAS Ammoni patri impio, octo annorum puer, in regno E-Judæorum successit, statimque relictiis idolis paternis, librum legis denso pulvere oportumini, templo repletum, populo præle-gendum curavit. *4. Regum 22. & 2. Paralip. 34. & Iosephus, lib. 10. Antig. cap. 5.*

DANIEL cum tribus sociis sine Propheta, sine Sacerdote, sine magistro legem Dei observavit (obitè, justè & piè: vixitque sine labe inter pueros gentiles. *Daniel. 1.*

Tres pueri Hebraei Sidrac, Misac & Abdenago, in Babylo-ne, ne cultu abducerentur alienigenarum, ignem oculis admo-tum contemplare. Metuit ergo consilans pietas, ut flammam, in quam conjecti sunt, innoxiam fuerint experti. Cecinerunt hymnum Deo salutis auctori, omnium qui admovebantur terrorem securi: aut quia humana crudelitas obeffe his, quos numen tuerur, non potuit; aut quia non debuit. *Sabell. lib. 1. cap. 3.*

TOBIAS Nephthalensis junior adhuc elemofynas faciebat, primitias decumalque frugum Hierosolymam mittebat, reli-quis popularibus vitulos Hieroboam adorantibus. *Tab. 1.*

Nemo inter natos mulierum (ut sacris utar verbis) surrexit major Joanne Baptista, Zacharie filio: nihilque in eo fan-ctius exitit, quam quod puer res humanas aspernatus, è me-die excessit, solitudinis cupidus, prætulit eremum æqualium cœstibus, jejunium comestationibus, continentiam libidin-ispauptatem divitiis. Per quæ consecutus est, ut major quam Propheta haberetur: nec Jordanes, cujus fuit acola, magnis licet regibus magnique exercitiis vadatus, majus vidit un-quam, aut sanctius, præter Deiparæ filium. *Sabellius, lib. 1. cap. 5.*

Adolescentiam ingressus Origenes, tanto amore martyrii flagrabat, ut martyres ad tribunalia ductos sequeretur, seque una arripere gessiret. Cum pater ejus Leontius in vinculis esset & postero die cum multis aliis examinandum foret, ad ea loca, ubi de Christianis inquiri mos erat, proficisci decreverat. At mater noctu clam in cubiculum dormientis ingressa, omnes vestes ei abscondit, ne in publicum prodiret. Spe igitur sua frustratus, scripto patrem in carcere ad constantiam exhorta-tus est. *Enjohis lib. 6. 3. & 36. & Svidas.*

D. AUGUSTINUS etiam natus puer in Dei invocationem ram-pebat nodos lingue suæ: & rogabat illum parvus, non parvo affectu, ne in scola vapularet. Et cum non exaudiebatur, ride-bantur à majoribus hominibus, atque ab ipsis parentibus (qui ei nihil acciderè mali volebant) plaga ejus. Testis ipsemet in Confessionibus.

Idem etiam natus læto Hortensio Ciceronis, ad Philo-sophiam, relicta oratoria, animum adiecit, hoc tum agere ferens, nomen Christi in eo libro non reperiri: quod nomen una cum lacte matris Monica hausum alè retinebat, & que-quit sine hoc nomine fuisset, quamvis politum & verum, mi-nus illum movebat. Testis ipsemet *lib. 3. Conf. c. 5.*

D. BERNARDUS puer etiam natus mulierculam capitis dolp-rem carminibus silere pollicentem repulit. Hoc ipso ad future pietatis significationem dedit, sic dignus fuit, qui doloris miti-gationem repente sentiret. *Antior vitæ, lib. 1. c. 1. & 2.*

EMERICUS Stephani Hungarorum regis F. puer etiam natus somni patricissimus, à secunda ferè vigilia noctis, ad lucem usque, Davidicos rythmos lectitabat: & per singulos repeti-to mentis examine, à Deo veniam implorabat. *Bonfin. lib. 1. Decad. 2.*

ELISABETHA Andræ Hungarorum regis F. quintum vir an-num nata, præ nimio orationis studio, ab aris amoveri non poterat. Inter ludendum cum puellis, procidere sæpè simula-bat, ut Deum, quem præ oculis semper habebat, supplex ad-rodaret. Lufit annulis & gemmis, ut factu lucro pauperculis opi-tularetur. Conjectis in aram Apostolorum nominibus, cum comites eorum suffragia fortirentur, Joannis Evangelistæ no-men sortita, ita exhilarata est, ut nihil ejus nomine quiquam incassum eam rogari. *Bonfinius, lib. 7. Decad. 2.*

Injustitiæ erga homines.

TOBIAS cœlestis nunciû ducum secutus, tametsi puer adhuc & rerum omnium ignarus, peregrè proficisci ausus est, longi-giùque investigare, per quæ paternæ cæcitatit opitularetur. *Sabell. lib. 1. c. 3.*

M. CATO minor puerum à majore puero abductum in ludo atque vincum, se invocantem, liberavit.

Vide infra, Indoles in ludis.

A

Injustitia.

Templo Hierosolymitano à Roman. incenso, Sacerdotes quidam in templi parietem evaserant. Ex iis puer sitiens, à Romanis custodibus pacem petebat, sitimque facebatur. Sed ubi illi tam atatis quam necessitatis miserati, dedere ei dexteram & ipse bibit, & quam secum attulerat, lagenam repleta, sursum refugiens abiit ad suos, nec eum quinquam custodum assequi valuit, sed ejus perfidiae maledicebant. Ille autem nihil se præter placita fecisse dicebat. Dextram enim sibi datam, non ut apud ipsos remaneret, sed ut tantum descenderet, atque ut aquam acciperet: quæ cum fecerit, in fide mansisse, Alutiam quidem propter atatem, maximè pueri, qui decepti fuerant, mirabantur. Quinta verò die Sacerdotes oppressi fame descendunt, & à custodibus ad Titum perducti, ut salutem sibi concederet, orabant. Ille autem veniæ quidem tempus illis præteritisse ratus, peritisse verò id cuius eos gratia meritò concessisset, decere autem Sacerdotes interire cum templo: duci homines ad supplicium iussit. Iosephus, lib. 7. c. 13. belli Judaici.

Natus est Antonius Geta Severo & Vitellio Coss. Mediolani, vi. Calend. Jun. ex Julia: quam idcirco Severus uxorem duxerat, quòd eam in genitura habere compererat, ut Regis uxor esset, Statim ut natus est, nunciatum est, ovum Gallinam in aula peperisse purpureum. Quod cum allatum Bassianus frater ejus accepisset, & uti parvulus apollofium ad terram frogisset, Julia dixisse fertur joco: Maledicte partitida, fratrem tuum occidisti. Id joco: dictum Severus alius quam quisquam præsentium accepit: à circumstantibus autem postea velut divinitus dictum approbatum est. Spartianus in Geta.

Mechanica.

TALUS nepos Dædali ex fore, ejus curæ & disciplina committitur, puer etiamnum, quantus arifex futurus esset, si per avunculū invidiam licuisset, qui eum Athenis ex Acropoli precipitavit, satis ostendit. Etenim ut canit Ovid. lib. 8. Metam. — mediopinas in pisce notatas Traxit in exemplum, ferroque incidit acuto Perpetuus dentes, & seræ reperit usum Primus, & ex uno duo ferrea brachia nodo Invenit, ut aequali spatio distansibus illis Altera pars stare, pars altera duceret orbem.

Hyrcani Iosephi Judæorum Principis F. indolem mechanicam in aranda terra, — Pete ex Tit. Prudentis præcognitio, providentia, præcognitio honorum vel malorum, tam suorum quam alienorum.

CORPORIS BONORUM VEL MALORUM INDOLES. Puta Roboris.

Ex præcedentibus exemplis Fortitudinis quadam bene accommodari possunt, quatenus fortitudinis robur corporis famularur. Consule quinosian Tit. Athletarum. Sacrificulus Hercules, qui Thasi colitur, Timotheus erat. Cum uxore ejus spectum quoddam Herculi persimile congressum ajunt, & puerum inde natum, Theagenem nomine athletam fortissimum. Hunc cum annum jam fèrmè nonum ageret, dum è ludo domum rediret, dei (incertum ejus) ænetum signum, quod in foro fuerat erectum, ejus pulchritudine allectum, è sede sua avulsit, & alteri humero impostum, ad suos deportare fecit. Incitata verò ob id factum multitudinem, virum quemdam summa inter cives exultatione, magno jam natu, sententia sua puerum minime occidendum censuisse, importasse tandem, ut signum in pristinum locum reportaret. Id cum ille fecisset, ejus fortitudinem longè latèque per totam Græciam hominum sermo celebravit. Pausanias in Eliasis, lib. 6.

HALDANUS, Borcari Dani ducis F. post Danorum rex, etiamnum adolescentens, pugilem insignis famæ, quòd ab eo pueriliter oblitente colapho percussus esset, gestamine, quod fortè manentebat, petium oppressit. Cranzius lib. 2. Danicæ, c. 8. Sciodlus Lotheri Danorum regis F. qui patri successit, etiamnum puer, cum à tutoribus fortè, quorum summo studio educabatur, inspectandæ venationis licentiam impetrasset, obvium sibi insolite magnitudinis urtum inermis, solo cingulo involutum constructumque, necandum comitibus præbuit. Sed & complures spectatæ fortitudinis pugiles per idem tempus viritum ab eo superati produntur: è quibus Arthalus & Scætus, clari illustreque fuere. Quindecim annos natus, inu-

sitato corpò in incremento perfectissimum humani roboris E specimen præferbat: tantaque indolis ejus argumenta fuere ut ab ipso ceteri Danorum reges, communi quodam vocabulo, Sciodlingi nuncuparentur. Saxo lib. 1.

Formæ, Venustatis.

SOSPITATA, Eustathii Cappadocis Philosophi summi sub Constantio Imp. uxor, sapientie, magiæ, divinationis studiosissima, & dea quædam moralis, etiamnum infantula formæ ac pudoris sui nitore beare videbatur omnia. A duobus inde genis educata & instituta per quinquennium, non Poetarum modo, sed Philosophorum atque Oratorum scripta in ore habebat, & quæ ceteri difficulter tantum poterant percipere, ipsa citra laborem promptè declarabat. Eunapius.

FORTUITORUM INDOLES.

Putæ.

Dignitatis,

Sacre, Episcopalis.

SAMUEL Propheta, Helcana & Anna F. primis annis in Domini tabernaculo educatus, Heli Summo Pontifici non dubiam fecit fidem, eum se fore, qui populum Dei omni & doctrina erudiret, & auctoritate regeret.

ATHANASIVS ille Magnus in agmine puerorum ad mare Iudæntium, Episcopi perionam assumens, pueros baptizavit, alios Diaconos, alios presbyteros ordinavit, in festivitatem annue memorie Petri Alexandrini Episcopi martyris. Id cum vidisset Alexander Episcopus Alexandrinus, Athanasium & socios parentibus sub obsecratione Dei commendavit, ut ad id, quod per ludum imitari possent, educarentur. Hic est Athanasius ille, qui non multo post Nicænam fidem contrarium orbem veneno infectum Ariano defendit. Sozomenus, lib. 2. cap. 7. & Rufinus, lib. 1. c. 14.

De S. Ambrosio Episcopo Mediolanensi S. Paulinus Nolanus Episcopus memorie prodidit, cum adhuc puerulum solum esse quasi per jocum manus fororibus suis orbiculas dare, cum Sacerdotibus cum honore ab illis tribuendæ, nam se aliquando Episcopum fore.

PITUS H. Pont. Max. Cornifiani septimum agens atatis annum, inter ludos pueriles Pont. Max. labatus ab æqualibus, singulos ordine ad oscula pedum admisit. Joann. Ant. Campanus in ejus vita.

Regiæ.

CYRUS iussu Astyagis avi. Medorum regis, expositus, & à Mithridate regio bubulco educatus, cum inter pastores per ludum rex creatus esset, Arrembaris viri inter Medos primarii filium, eò quòd dictis parere recussasset, verberibus graviter affecti. Arrembaris Cyrum apud Astyagem accusavit. Ex eo cognitus est ab Astyage Cyrus, & in Perisiam amandatus. Herodotus lib. 1.

ROMULUS & REMUS cum adoleverent, acres ambo, & fortes, & intrepidè fuere. Romulus tamen præcellentior consilio & civili prudentia habebatur in pascendo vendoque: vicinis quibuscum haberet commercium, magnam de se opinionem præbens, ad imperandum se, quam ad parentum natum potius esse. Itaque popularibus & humilioribus grat esse, villicos regios, procuratores, & pecoris magistros, ut nihil se præcellentiores contemneret, nec minus eorum moveri vel irasci in sermonibus & studiis liberalibus frequenter esse, ab otio & inertia, ut re fordida, abhorrentes, amplecti autem labores & venationem, curius, facere in latrones impetum, & afflictos ab injuria vindicare. Hinc adolescentibus magnum nomen. Exorta aliquando inter Numitoris & Amulii pastores contentione, pecoribusque abactis à Numitoris patri sui bubulcis, non tulerunt eam injuriam, & decederunt eos, & in suam venterunt, exeruntque magna ex parte præda, nihil Numitoris morati indignatione. Plut. in Theseo.

DECRETUS Imp. teste An. Sexto è Babali inferioris Pannoniæ urbe, nobilitatis parentibus, sed quorum nomina ignorantur cum ab incunabili spem bonam præberet, & virtute cum ætate cresceret, per omnes castrensium honorum gradus evectus, à militibus Illyricanis primus Imp. dehinc à Senatu Augustus est appellatus. Cyprian.

L. SEPTIMIUM SEVERUM, qui postea Romano Imperio præfuit,

A fuit, tradit Spartianus, cum adhuc puerulus esset, nullum alium ludum inter pueros exercuisse, nisi ad iudices: cum ipse prælati fasces ac securibus, ordine puerorum circumstante, sederet, ac judicaret.

JOANNES Francorum Rex ab Anglis captus erat. Carolus Delphinus F. patrem recipere contendens, pietatis sapientiaque laudem tulit. Luterianus tota ex Francia optimates conveniant: ad eos de rebus relinendis tutandique relatum. Quinquaginta ex illis lecti, Delphini ætate diffusi, precebat ab eo jurandum, non enunciatum quæ ex se audiret. Ille non esse majestatis arbitrat, ulla jusjurandi religione se suis obstringi, juraturum se pernegat, jubetque sibi in jurato ea dicere quæ sentiret. Edunt nomina iuniorum aulicorum, quos peculari divites factos criminabantur, pecunia multandos videri: unde tantum auri confici posse confirmabant, ut communi saluti consulere. Ad hoc Carolus Navaræ regem custodia liberandum. Precebat præterea, ut sacerdotium nobilitas, plebs ex corpore, ordo quique suos lenes legent: ut duodeviginti virorum consilio ejus adolescentia niteretur. Hoc juveni videbatur non opem ferre, sed leges imponere, & præceptaque dare, ac præbere seclitiosius audacem præpotentemque ducem: sed propterea coarguendi tempus non erat. Tantum dissimulante consilia L. virorum disjecit, iussis illis certa die in curiam adesse, ut de postlatis eorum cognosceretur. Illa dies sublatæ est, causante Delphino allatas ex Anglia à patre literas de rebus quas differri non oporteret. Exin aliis atque aliis frustrationibus dum dies trahitur, tota res ardenter cepta elanguit: ac more trædio L. viri domum diversi revertere. Seditiones interim domesticas, à Parisiensibus & Carolo Rege Navaræ excitatas, summa industria sustulit, ut non immerito Sapientis nomen sit adeptus. Emil. 19.

LADISLAUS Hungariæ rex, puer quatuor annorum, in oppido Creto ad Stritiam fl. Fridericum III. Imp. patrelem salutatum venerat. Incedebat per aulam, tanquam sciret se regem esse, deberique sibi ab omnibus reverentiam: oculoque nunc hinc nunc illuc non sine majestate quadam desclens, candidulam manum porrigebat astantibus: tantaque lucebat in eo puero gravitas, ut sæpè minorem grandævus reges præ se ferant. Antequam parvulus adesset, nutrice percontatus est sæpè, Ubinam esset? At ut venientem didicit, in honoratis modum circumspice caput suum inflexit, & tanquam sciret, ducalis dignitas quantum ab imperiali distaret, alter Sigifmundo duci, alter Caesari se obvium dedit. Dum hinc atque hinc in circulo interpellaretur, Æthiopen fortè vidit, moxque in Caesaris fugiens finem: Heu quam, inquit, deformis! Demiratus est Caesar conspiciens ad eum de pueri confidendum, qui prius tempore nunquam in eum dirigere lumina voluisset: lætissime, novitatem circumstantibus exponebat. Tum Gaspar Schlickius Cancellarius: Ne mirere, inquit, Imperator, numen in puero est. Matrem habuit, cum re antea sprevit. Nunc illa defuncta, præter te habet neminem. Ideoque tibi tanquam patri alludit: Tu illi pater, tu mater, tu avus es. In te illi, in te subsidium, in te salvas est. Moverunt Caesarem tum pupilli blandimenta, tum Gasparis verba. Et post cum Romani Imperii & Austriæ periculo partes pueri sustinere. Sic locutus, patrelem, brachiis elevans, magna fronte suavitus est. Aenes Sylvius, lib. 13.

Gloriæ.

D In Cicero puer tanta eluxit indoles, ut condiscipuli omnes illum mirarentur, eorumque parentes ad ludum pergerent ad Ciceronem oculis contemplantum, celebrantque ejus in dicendo acumen & solertiam considerant: aggressiores verò succentes filius, cum cernebat in media eos caterva Ciceronem honoris causa per vias stipantes. Plut. in Cicero.

Inimicitia.

Pelagi ab Atheniensibus regione pulsus, cum Lemnum occupasset, Atheniensium uxores, dem seftum Diane apud Brauronem agentes, hibernis instructis permutas rapierunt, & in Lemnum delatas pro concubinis habuerunt. Heæ femina postquam Pelagi abundaverit, linguas eos Arica ac ignobis Atheniensium imbuerunt. Ad illi cum Pelagium filius confestudinem habere abnebat: & si quis suorum ab illorum vilo vapularer, cuncti auxilio aderant, & mutuo sese tutabantur. Qua re animadversus, Pelagi inter se dicebant: Si nunc, dum pueri sunt, sibi invicem optulissent adversus filios uxore. L. B. T. beat. vit. Human. T. om. IV.

rum legitimum, quas virgines duximus, quid facient aduti? E Itaque filios è matribus Atticis susceptos necarunt, simul & matres. Herod. lib. 6.

Fuit à prima ætate ingenium C. Cassio (qui cum M. Bruto Cæsarem Dictatorem interfecit) odium & sed adversus tyrannorum gentem. Cum in eundem ludum Syllæ filio commeatæ Fausto, & is iactabundus inter pueros patris dominatum in celum ferret: surgens Cassius, impigrit ei colaphos. Id persequi cum Fausti tutores & propinqui intererent, prohibuit Pompejus, qui ambos pueros accitos interrogavit de facto. Ibi Cassium ferunt dixisse: Age jam Fauste, aude coram hoc eadem iactare, ut iterum tibi os comminam. Plut. in Bruto.

ADOLPHUS, Geraldii Holstia Comitis F. à Margarita Danorum regina dono acceperat monile in pileo deferendum. Illud postea quàm pileo affixum aspexit, pileum reculavit. Iussit illud regina manicæ assui. At manibus detrahente studuit. Irata, doctor affigi curavit. Ille parietem dorso allidens, monile confregit. Regina conspiciens puerum sua dona averfantem: Tu, inquit, si vixeris, hostis eris noster non vulgaris. Neque verò eam felicitur conjectura. Cranzius lib. 10. Saxoniæ, c. 36.

RESPECTU MODI. INDOLES sese manifestans.

CONTEMPLANDO.

DEMOCRITUS Abderites vel Milesius, puer etiamnum, cum in hortulo tugurium sibi construxisset, in eo contemplandi causa versabatur. Vide Tit. Contemplatio theoricæ.

EPICURUS Atheniensis, annos natus xiv. in hortis extra urbem philosophari cepit. Laertius.

DISCENDO.

AVICENNA puer etiamnum Logicam sola commentationum ope per se didicit: Euclidis libros quinquies perlegit sine præceptore, antequam decimum ætatis annum attingisset. Nic. Massa in ejus vita ex Som. ano Arabe.

INTERROGANDO.

ALEXANDER Magnus etiamnum puer, ab rege Perfarum missos, absente Philipo, accipiens hospitio, factusque his familiaris, eos ita cepit comitare sua, & quòd nihil interrogaret puerile vel demissum, sed prolixitates viarum exquireret, atque itineris rationem: quis rex, qui hostes, quæ denique vires & potentia essent Perfarum: ut stuperent illi, celebrantque Philippi solertiam & vim nihil putarent cum hujus præcipue comparandam alacritate & indole. Plut. in Alex.

M. CATO Uticensis etiamnum puer pedagogo Sarpedoni in omnibus obediens, simul tamen rationem eorum, quæ facere jubebatur, quærebatur. Plut. in lib. de Audiendis poet. & in Cato.

ADEODATUS D. Augustini spuris, annorum fèrmè xv. ingenio præveniebat multos graves & doctos viros. Munera tua tibi confiteor, Domine Deus meus, inquit ille libro nono Confessione, lib. 6. creator omnium, & multum potens reformare nostra deformia: nam ego in illo puero præter delictum nihil habebam. Quòd enim enutriebatur à nobis in disciplina tua, tu inspiraveras nobis, nullus alius. Munera tua tibi confiteor. Est liber noster qui inscribitur de Magistro, ipse ibi mecum loquitur. Tu scis illius esse sentia omnia quæ inferuntur ibi ex persona collocutoris mei, cum esset in annis sedecim. Multa ejus alia mirabiliora expertus sum. Horrori mihi erat illud ingenium. Sed quis præter te talium miraculorum opifex?

DECLAMANDO. SCRIBENDO.

Q. HORTENSIVS L. Crasso & Q. Scævola à Consulibus primum in foro dixit annos undeviginti natus, & cum præstantissimis oratoribus L. Crasso, M. Antonio, L. Philippo congressus est. Ejus adolescentis admodum ingenium, ut Phidias signum, simul aspectum & probatum est. Cicero in Bruto.

GORDIANUS Junior, puer adhuc, poemata, & soluta oratione de latidibus deorum scripsit. Præterea in Aihenæo Romæ sæpè magna cum laude declamavit: mox patri legatus in Africam missus est. Lampridius.

CAROLUS ZENUS, Petri filius ad Smyrnam à Turcis interfecit (quando à sacris nullo hostili meci averti avocarique potuit) Kk 4

A tuu' puer circa vii. etatis annum apud Clementem V. Pont. Max. Avenioni eam orationem habuit, deplorans patris interitum, suamque in illum pietatem obtestans, ut Pont. ipse admiratus tantam in puero indolem, penes se aliquot annos habere voluerit, eumque post Patrensi sacerdotio amplissimo donarit. Egnatius, lib. 5. c. 4.

JUDICIA EXERCENDO.

DANIEL adolescens, Susanna pudicitiam ab infanda calumnie labe prudentia sua vindicavit, accusatoribus in id supplicium, quod puella intenderant, compulsi.

ADMONENDO, CONSULENDO.

GORGO regis Cleomenis filia, cum Milesius Aristagoras eum ad bellum contra Persas suscipiendum pro Jonibus sollicitaret, recipereque ei magnum pecuniam, ac quo magis precidebat, plus adderet: Pervertit, inquit, te peregrinellus iste, pater, nisi quamprimum domo eum eiecet. Plutarchus in Lacanarum Apophth.

REFREHENDENDO.

ALCIBIADES, ubi ex pueris excessit, adit ludimagistrum, postulavitque volumen Homeri. Qui cum nihil de diceret Homeri habere, insitico colapho reliquit eum. Cum alius habere diceret se Homerum, quem ipse emendasset, Et tu, inquit, literas doces, qui vales emendare Homerum? Plut. in Alcibiade.

TOLERANDO. V. G.

Ignominiam.

AGESILAO puero etiamnum, cum ludi gymnici puerorum ageretur, chori magister locum minus honoratum assignaverat. Ille quamvis rex designatus obtemperavit, dixitque: Probe sane: nam ego ostendam, non loca viros, sed viros cohonestare loca. Plut. in Apoph.

LABORES MILITIAE.

AUGUSTUS virili toga sumpta, profectum avunculum Caesarem in Hispanias adversus Cn. Pompeii libertos, vix tum firmus in gravi valetudine, per infestas hostibus vias pacifimis comitibus, naufragio etiam facto, subscurus, magnopere demeruit, approbata cito etiam morum indole super itineris industriam. Caesare post receptas Hispanias expeditionem in Dacos, & inde in Parthos destinante, praemissus Apolloniam studiis vacavit. Suetonius.

Cubabat humi Barchinis Hannibal, adolescens adhuc, inter stationes militum, quamquam Imperatoris filius, militari sagulo cooperitus. Verum durior ille cubatus non ad pietatem, sed ad futuram feritatem: non ad continentiam, sed favitiam spectabat: non pietas illi cura esse, sed immanitas: ut fatuus fuerit ei dormire, quam per haec bellum & sibi & patriae calamitosum meditati. Sab. lib. 2. cap. 3.

DANDO ELEMOSYNAM.

D. BERNARDUS puer etiamnum, quoties numos habere poterat, clandestinas faciebat elemosynas. Auctor vita, lib. 1. c. 2. BERNARDINUS Senensis pupillari aetate Dianae materterae commendatus, prandioli partem pauperibus impartire solitus: cum forte unicus esset panis domi, prohibereturque infringere, portionem petiit suam: quam precario adeptus, mendico obtulit. Sab. lib. 1. cap. 3.

DOMINICUS Hispanus, dum Valentiae literis operam dabat, libros vendidit, ut pauperes aleret: jam tum in illo futurae sanctitatis non obscura vestigia apparebant. Marul. lib. 1. c. 2.

MUNERA.

PLUTARCHI Cheronaei filia Timoxena, non infantibus aliis modo, sed & supellectili qua ducebatur, & ludicris puerilibus volebat ut nutritrix sua praeberet & offerret mammam: quasi ad mentiam suam propriam ex humanitate impertiens ea, quae habebat, & bona & jucundissima sibi communicans illis, quae ipsam oblectabant. Plut. in Confol. ad uxorem.

MORUM GRAVITATE.

MACARIUS monachus fuit apud quosdam dictus ob religionem.

Basilii Amerbachii I. C. Basiliensis, privata virtute, & Bonifacii Patris meritis celeberrimi, ea fuit indoles, ut jam tum in puero lenitas quaedam morum gravitas, maturum iudicium, probitatis exultimatio singularis elucecerat.

EMULANDO, INVIDENDO.

THEMISTOCLES, cum adversus barbaros pugnatum ab Atheniensibus apud Marathonem esset, & res gestae celebrarentur Miltiadi ducis: cogitabatundis plerumquenoctis exigebat infomes, & confectas computationes intermittebat: stupentibus tam repentinam vitae vicissitudinem dicens: Somnum sibi adimere Miltiadi trophaum in Marathonem erectum. Plut. in Themistocle.

THUCYDIDES puer etiamnum, cum forte historias suas recitanti Olympiaz Herodoro audivisset: dicens venustate permulsus, ac glorie sumulis concitatus, non temperavit sibi a lacrymis. Quod conspicatus Herodotus, Oloro Thucydidi patri illud insinuravit: oppa in quos tu us apus ra juduata. Quo indicabat, ingenium sibi incitatus ad disciplinas videri. Plut. Svidas, Calus, lib. 12. c. 19. A. L.

Cum orator Callistratus causam acturus in foro esset de Oropro, magna erat hujus iudicii expectatio, cum ob oratoris illius praestantiam, cujus tunc maxime illustre nomen erat, tum propter ipsam actionem celebratam: quia praeprotos & Paedagogos audierat. Demosthenes etiamnum puer cum stantibus intra se huic iudicio interesse, precibus contendit a paedogogo suo, ut ad audiendum causam duceretur. Ille quod consuetudinem haberet cum ministris publicis, qui auditorium aperiebant, locum accepit, ubi puer sederet in occulto, & audiret orationes. Cum placuisset Callistratus, & mirifice celebraretur, gloriam aemulatus est illius: quod cerneret, a multis eum deduci, & in caelum ferri. Multo vero magis orationis vi, quae rapere ad se & pellicere valeret omnia, oblituit. Itaque valedicens discipulis & studiis reliquis puerilibus, exercuit & subiegit se ipse, tanquam inter oratores suorum, declamationibus. Plut. in Demosth.

ALEXANDER puer etiamnum, multas referente victorias Philippo, non letabatur, verum contubernibus suis dicebat: Nihil mihi reliquum faciet pater? Subjicientibus pueris, Et illa parati: Quid referi, inquit, multa si habeam, & agam nihil? Plut. in Apoph. Regum.

ULADISLAVUS Hungariae & Boemiae Rex, cum in regni Hungarici consortium Ludovicum F. infantem accepisset, eundemque etiam Pragae in Regem Boemiae inaugurandum curasset: non tenuit Anna, Ludovici soror, aetate paulo major lacrymas, viso Ludovico corona aurea redimito: interrogataque a parente, Cur fletet? Quia corona, inquit, regia careo, cum aequae ac Ludovici regis sim filia. Uladislaus subridens, post solemnem praedicta coronam sibi affert iussit, illamque capiti puella imposuit: non obscuro omine, Ludovico olim in regno Annam successuram. Caelo a Turcis ad Mohazium vicum Ludovico, ad Annam Ferdinando Austria nuptam multis cum lacrymis regnum pervenit. Duir. lib. 32.

CONFIDENDO, SUSCIPiendo.

P. CORN. SCIPIO, cui post ex virtute Africano fuit cognomen, cum sibi adilitatem petenti tribunus plebis videret obistere, quod nondum ad petendum legitima aetas esset: Satis inquit, annorum habeo, si me Quirites habilem facere volunt. Plut. in eius vita.

CAROLO IX. Galliae regi regni Neapolitani tanquam ad se iure spectantis armis acquiritur animus non desuit, jam inde a puero, naturali quodam instinctu urgente: post etiam familiarium quorundam hortationibus sustentatus, qui inani bus eum cogitationibus replentes, hanc esse occasionem, qua majorem suorum gloriam superaret, proponebant: quod regno Neapolitano subacto, Turcarum imperium facile subigi posse videretur. Guicciardinus lib. 1.

MINANDO.

P. SCIPIO adolescens, Romanis legionibus ad Ausidium in Apulia castris, cum nobiles quidam adolescentes ex ea acie elapsi, de Italia relinquenda consilia agerent, ad eos stricto serro repente ingressus, ad eos terruit minaciter instans, ut non solum a proposito averteret, sed passi sint etiam a se iurandum exigere, de patria non nisi cum vita relinquenda. Quo ipso facto militum, quantum patriae saluti consuluit. Sabellicus, lib. 3. c. 4.

OPTANDO.

AURELIANUS, qui Claudio successit in Imperio, in Pannonia Sirmii natus, pater, ut quidam ferunt, Aurelii clarissimi Senatoris colonus, inter Daciam & Macedoniam, matre facerdote templi Solis, qui in eo vico colebatur, ab incunabulis fuit vivacissimus, & viribus insignis. Nullus dies transibat, in quo se non pilo, & sagittis exerceret, etiam festis diebus, otii impatiens. Cuspinian.

OPTANDO.

SALOMON Judaeorum Rex, cum XII. annorum esset, & in somnis a Deo, quicquid vellet, petere juberetur, non opes non victoriam, non vitam longam, sed sapientiam populos regendi petiit: dignus hac indole, qui quod dormiens elegerat, vigilans a bonorum omnium datore Deo liberalissime consequeretur. 1. Reg. 3. & Josephus. Cujus rei argumentum dedit in aecipit ille.

NON OBEDIENDO.

M. CATO Censorius, cum in domo M. Drusi avunculi sui educaretur, & ad eum tribunal tunc populi Latini de civitate impetranda convenissent: a Q. Popedio (Plutarchus Silonem Popedium vocat) Latinorum Principe, Drusi autem hospite, rogatus, ut socios apud avunculum adjuvaret, constanti vultu, non facturum se, respondit. Iterum deinde ac sapienter interpellatus, in proposito persistit. Tunc Popedius in excellem adium partem elevatum, abiecerunt se eum inde, nisi precibus obtemperaret, minatus est. Nec haec re ab incepto movere potuit. Expressa est itaque illa vox hominum, Gratulemur nobis Latini, & foeci, hunc esse tam parvum, quo senatore, ne sperare quidem nobis civitatem licuisset. Val. lib. 3. cap. 1. & Plut. in eius vita.

THEMISTOCLEM est ludoliterario redeuntem, cum paedagogus obvio Pistrato tyranno de via decedere iussisset, plane libere respondit: Nunquid haec via eum sufficit? Aelianus de varia hist. lib. 3.

Puer quidam Spartanus, cum domino, cui serviebat, in ceteris diligentem, promptamque operam patienter navaret, iustus matulam esset: amisse libertatis revocata memoria, parere recusavit, & in hac erumpens verba: Duce servos emere, ab alioribus aedum fenestris se praecipitavit. Plat.

GERARDI Holstiae Comitissae Thiemeris casti filius Adolphus, qui patriam a Danis penes oppressam vindicavit, puer etiamnum a regina Danorum Margarita (quae Slavicentem ducatum tribus Gerardis orphanis debitum ad se pertahere nitabatur) dono acceptam monile in pileo deferendum. Illud posteaquam pileo affixum aspexit, pileum recusavit. Justit illud regina manice affuit. Ad manibus detrahere studuit. Irata, dorso affigi curavit. Ille patienter dorso allidens, monile confregit. Regina conspiciens puerum sua dona averfantem: Tu, inquit, si vixeris, hostis eris regnum nostrorum non vulgaris. Neque vero eam fecisset conjectura. Crantz. lib. 10. Saxoniae, cap. 30.

Carulus Delphinus jurare recusavit. Vide Tit. Indoles Fortissimum, Regie Dignitatis.

TACENDO, CAELANDO, Arcana.

PAPYRUS Praetextatus, de more in curiam a patre ductus, quum res, de qua die illo consultus fuerat Senatus, credita silentio esset: domum reversus, a matreque appellatus, ne vel minis vel precibus matrem succumberet, mendacium confinxit, ad muliebrem temperiem mitigandam peropportunum. Fide enim a matre prius accepta, fore ut rem in occulto haberet: Decretum, inquit, est, ut ad propagandum sobolem, licet viris plures uxores ducere. Hic bona mulier non tantum fidem non praestitit, sed praecipiti fama per viciniam primo, dein per universam urbem dissipata, auctor fuit, ut postredie illius diei ingens matronarum numerus in vestibulum curiae convenerit. Mirati primores patrum insuetos matronarum caetus, ubi quid querelatum attulissent cogitarum est, & quid puer commentus esset ad regendum curiae secretum, irrisit universus ordo muliebrem levitatem, stultamque crudelitatem: puer publice laudatus, datumque, ut uni puero omnium curiam ingredi posthac liceret. Sabel. l. 1. c. 3. ex Macrobl. 1.

EXERCENDO CORPUS.

AURELIANUS, qui Claudio successit in Imperio, in Pannonia Sirmii natus, pater, ut quidam ferunt, Aurelii clarissimi Senatoris colonus, inter Daciam & Macedoniam, matre facerdote templi Solis, qui in eo vico colebatur, ab incunabulis fuit vivacissimus, & viribus insignis. Nullus dies transibat, in quo se non pilo, & sagittis exerceret, etiam festis diebus, otii impatiens. Cuspinian.

INSERVIENDO.

CYRUS puer, egrotante Astyage avo, Medorum rege, si qua re noctu opus Astyagi foret, primus ille sentiebat, & omnium impigerimus ei ministrabat. Xenophon. de Instir. Cyri, lib. 1.

LACRYMANDO.

CYRUS etiamnum puer Astyagen avum Medorum regem adversa valetudine laborantem nunquam deserebat, neque plorandi finem faciebat, de ejus interitu sollicitus. Xenoph. Thucydides Herodotum audiens illacrymat. Idem Anna, Ludovicum fratrem coronari videns. Vide paulo ante. Aemulando.

RESPECTU OCCASIONIS.

INDOLES quae se prodit.

IN LUDO.

CYRUS puer inter ludendam Rex electus, puerum immortigerum multavit. Vide supra, Indoles Dignitatis regie.

Cum propinquus quidam M. Catonis inter alios pueros ipsum quoque ad cenam napalibus suis vocasset, feriantes in parte quadam aedum collidebant inter se promiscue juniores, & majores. Ludus erat iudicia, aculationes, & abductions damnatorum. Ex iudicatis pueris unus facie speciosa a majore puero ductus in cubiculum, & vinculus appellavit Catonem. Mox Cato re intellecta perrexit ad fores, repulsaque statione & obfidentibus, eduxit puerum, atque ita percitus recepit se domum, comitatusque sunt cum pueri ceteri. Plut. in Catone Minore.

Athanasius Alexandrinus puer baptizavit pueros, Episcopi persona per ludum assumpta. Vide Titulum, Indoles Dignitatis sacrae.

IN CERTAMINIBUS CURSUM

Luctae, Equorum.

CYRUS Persa inter Medorum pueros educatus, non ad ea certamina familiares suos provocabat, in quibus ceteris se superiorem esse norat, sed in quibus certo sciret inferiorem se discessurum: ea vero primus ordiebatur, quum diceret esse cursum illa se rectius ipsis. Idcirco primus in equo insitabat vel ab equis sagittas ac facula emittebat etiam tum, cum necdum plane peritus equitandi foret. Quod si diceret inferior, ipse de se plurimum ridebat. Quapropter quum idcirco quod superatus esset, haudquaquam deliqueret ea vicissim facere, in quibus inferior fuerat, sed perpetuo volutaret in tentando, qua ratione rursus idem rectius praestaret: celeriter eo pervenit, ut equitatio par aequalibus esset, atque etiam celeriter effectus, ut propter rei studium ipsos anteveteret. Xenophon. de Instir. Cyri, lib. 1.

ALCIBIADES in lucta cum deprimeretur, ne caderet, manus illius, qui ipsum deprimebat, sibi injectas ori admovit, & praeter legem certaminis mordere coepit. Qui nexu laxato cum diceret: Mordes Alcibiade more mulierum? Minime vero, inquit, sed more Leonum. Plut. in eius vita.

ALEXANDER Magnus etiamnum puer a Philippo patre interrogatus, Libentissime certatum esset in stadio (pedum enim praestabat pernicitate) Atqui perlibenter, respondit, si certaturi mecum reges sint. Plut. in Apoph.

CLAUDIUS II. (qui virtute sua ad Imperium evectus est, Barbarorum terror) etiamnum puer, spectante Decio Imperatore, a collocatore, qui statuta major erat, testes ejus apprehenderentur pudore suffusus, pugno dentes adversario excussit: in legem gymnasticam peccare licere putans, quando alter legem pudoris excessisset. Fulg. lib. 3. cap. 1.

INGENII, INDOLES COGNITIO RESPECTU ALTERIUS COGNOSCENTIS, & explorantis.

INDOLES COGNITA, EXPLORATA INDOLEM exploratae.

Respectu subiecti cogniti, Ingenii scilicet, non cuiusvis, sed puerilis tantum, hujus est loci. Sin Cognoscens spectes, infra ad Exercitationem Iudicii pertinet. De ipsa alioqui Exploratione, tanquam de Effectu Animi morum, lib. 2. primi Tomi egimus, generatim praeterea sub Tit. Iudicii organici, Philosophici, physici, metaphysici, ethici, particalasim,

Alatim, quatenus quisque eorum que cognoscit in alio, optimus iudex est. Pr. vero prudenter fit, ad Prudentiam & Prudentiam spectat. Verum enimvero quando Indolem eum quilibet apto sese certis profertem iudicis consideramus, non quevis signa hic admittimus, sed ea tantum, que a natura ingenii bonitate procedunt, eisque simulacra existunt. *Auguria, Omnia, Prodigia, Patricia ad suos peculiares ordines pertinent. Zoroaster, nuper natus vixit, omen hoc fuit futura sapientie, non tamen indolis effectus: nam cur magis sapientem quam solum denotavit? Ergo non ad Indolis signa, sed inter Omnia spiritus referri debuit. Ita Socrates per somnium Platoni discipuli excellentiam cognovit. Ita Moysi heroicam excellentiam, ex diademate regio in terram projecto & conculcato, & Aegyptius horruit. Sabellicus & reliqui Exemplorum vbi fodi, Valerium imitari, titulos habent de insigni infantia, pueritia, adolescentia. Nos quantum licet singula ad suos fontes reducere studemus.*

ANIMI INDOLES.
In genere.

B Apud Indos, Catibos & Brachmanes editum infantem post duos menses in publico concilio spectandum exhibebant. Si cuius indoles probaretur, bonis ille formabatur disciplinis: si improbaretur, vel exponebatur in sylvas, vel statim in conspectu hominum occidebatur. *Sabel. lib. 6. Emma.*

Apud Sanitas quotannis adolescentem, & virgines publice (quod ad liberam, & ingeniam educationem attinet) iudicantur: & qui optimus iudicatus fuerit, virginem quam voluerit ducit: deinde post eum secundus, & sic deinceps. *Stobans ser. ex Nicolao de Genium moribus.*

Spartanos pueros ludentes spectabant Majores natu, plerumque contentiones inter eos, & certamina ferentes, non defunctorie, que cujusque ad audendum, & non cedendum in pueris esset indoles, advertebant. *Plut. in Licurgo.*

THEMISTOCLES indolem preceptor eius plane perspectam habuit, cum diceret: Tu nihil, fili, mediocre eris, sed omnino vel magnam patriæ lumen, vel magna peris. *Plut. in eius vita.*

DIODEGENES Cynicus dicebat, sibi videri mirum, quod cum collam aut operculum non emerent homines, nisi pulsu ac tinnitu exploratum, in emendo homine solo aspectu essent contenti, significans hominem nullam ex re melius cognosci, quam ex oratione. *Laertius.*

Libani Rhetoris in dignoscendis cuiusque moribus acumen. *Pere ex Tit. Imitationis facili.*

Venus mos fuit, qui etiam in celebratioribus Germaniæ Academicis retinetur, Tyrones Academicæ nomen daturus, miris modis vexare; nec doctrine tantum, quam sub minoribus preceptoribus hauerunt, sed & patientiæ examen inflicere: forte in hac ratione de ingenio tyronum certius iudicium habeatur, quando acerbis illationes vix adulti, nedum pueri, ea constantia ferunt, ut non ingenii sui vitia indicent. Tale quid apud Athenienses fuisse, ex Monodia Gregorii Nazianzenis colligi potest, quo in loco tyrocinii sui cum Basilio Magno Athenis inhi historiam recenlet. Ab iis enim, quibus examinis cura erat commissa, post varia ludibria tandem per oram ad balneum cum infans clamoribus deducebantur (uti Colonie hodie ad lepulchrum Ariltoelici) Loti in sapientie candidatorum numerum recepti videbantur. Jacobus Miden-dorpius de Academicis. Attestatur huic mori Eunapius in vita Proxereti Sophiste: ubi se quoque, cum imperato convaluisset (ager enim Athenas venerat) intercessionem Proxereti in balneum deductum, & in numerum auditorum, sed abique salibus, & diceris, receptum scribit.

PHILIPPUS Vicecomes in columi adhuc oculorum lumine, libentissime adolescentium pila ludentium aut luctantium certamina obducto ad fenestram speculari despectabat, ut uidentem eum spectare nescirent, tamen adesse crederetur. Inde enim eorum formæ decus, explicatos artus, animique vigorem inspicere, & quos ex eibus exercitationis indole maxime probasset, ad mensæ cubilicque ministeria deligere erat solitus. *Jovius in Philippo.*

IN SPECIE. COGNITIO INDOLIS
Philosophicæ, Sapientis.

Arithmetica obiectabat pueris Pythagoras, qua ingenium illorum exploraret. Nihil æque metus aciem patefacit, ut ex-

pedita computandi ratio, & ingenii tarditas, tarditate computationis arguitur. *Ludov. Vires de Tradendis disciplinis, lib. 2.* Idem quoque silentii tempus iis, quos per physiognomiam ad Philosophiam aptos esse compertisset, præferebat, alius longius, alius brevis, sed non minus quicquam tacuit quam quinquennium: *axaxaxi dicebantur: silentium ipsum & quæstia. Gellius lib. 1. cap. 9.*

SOCRATES, cum ad eum Adolescentem quidam à patre studio-rum gratia deductus esset Adolefcens, inquit, loquere, ut te videam. *Laertius.*

XENOPHONTEM Gyrilli filium, in angiportu quodam Socrates habuit obvium, quumque videret adolescentem rara indole, porrecto baculo vetuit, ne præteriret. Ubi confisterat, rogavit, ubi fierent venderenturque varie merces, quibus vulgò utuntur homines? Ad id cum promptè respondisset Xenophon, percontatus est, ubi homines fierent boni? Cum adolescentem respondisset, se id nescire: Me igitur sequere, inquit, ut hoc dicas. Ex eo Xenophon cepit esse Socratis auditor. *Plut. in Xenophonte.* Eundem scribit Apulejus iusticie discipulum, crebro ut emet in speculo contemplantur: pulchri quidem, ut in eorum dignitatem motum debonefiam, ut depolluerent: deformes vero, ut virtutis splendore inopiam famæ collustrarent, ac ingenio corporis damna rependerent.

Democritus Protogoræ indolem explorat. *Vide Tit. Indolis mechanicæ.*

ARISTOTELEM Stagiritum, in disciplinarum proceris difficultati, & obcuritati rerum simul ac verborum studiose constabat, ut hac ratione ingeniorum animos acrioribus stimulis excitaret, ignavos vero à pulcherrimarum rerum cognitione deterreret.

DIODEGENES Cynicus discipulo cuidam pernam dedit deserendam, ac sequi iussit. Ad ille discipline impatientis, abjecta perna abiit. Post aliquod tempus occurrens illi Diogenes: Tuam & meam, inquit, amicitiam perna dissolvit. *Laert.*

Ineptæ ad Philosophiam.

XENO Citricus, ut Rhodium quandam formosum, & divitem adolescentem, ceterum ad Philosophiam ineptum, à se abigeret, primò quidem super gradus sordidos federe illum iussit, ut abollam fedare: deinde vero ad mendicos introduxit, ut sordibus illorum inquinaretur. Adolefcens igitur abiit. *Laert. lib. 7.*

SOCRATES, quum quidam ei patens Filium exhiberet, sciscitareturque quidnam ei necesseum arbitraretur, *dit, son, pæpæ, dia & r:* Opus habet stylo & mente, cum pater intelligeret *novi, Novo stylo. Calvus, ex Plut.*

BION Borysthenes, cum malè audivisset, quod adolescentem quandam mollem in disciplinam non recepisset: Tenebris, ait, caesus non attrahitur hamo; significans, pueros delicatos ad Philosophiæ studia nequaquam esse idoneos. *Laert. lib. 4. cap. 7.*

Ad Xenocratem Philosophum, cum discendi causa quidam venisset, & Geometriæ & Astronomiæ ignarus: Hoc, inquit, velius apud me non carminatur, *et c. præ quod vix & vix, vixera. Suidas in voce vixæto.*

Eloquentis.

ALABADENSIS Apollonius, dicendi magister, cum mercede doceret, non tamen patebatur eos, quos iudicabat non posse oratores evadere, operam apud se perdere: dimittebatque, & ad quam quemque artem putabat esse idoneum, ad eam impellere atque hortari solebat. *Cic. de Oratore.*

Logice.

BASSIANUS LANDUS Placentinus, professor Medicinæ Patavii, hyeme foco affidens, Amanuensis suo in componendis ad ignem lignis parum indutrio & exercitator (Germanus enim erat, hypocausto, non camino affuetus) imperitiam hanc probri loco obiectabat, iniquens: Qui Vulcanum methodum monstrante famulo non affecerit, quomodo Apollineam me docente affecerit? Tam Germanus: Majore saltem conatu persequar, majore etiam successu affequetur, Deo annuente, quàm scilicet tu præstantior magister es, & ego Apollinis quàm Vulcani studiosior.

Probe.

PROBUS, qui postea Imperator fuit, priusquam pubescere cepisset, quod nulli tam tenera ætate contigit, Tribunus militum

A tum à Valeriano Imperatore creatus est. Huius ille indolem adeò miratus dicitur, ut Galienum sit filium per literas hortatus, in eius adolescentem mores se formaret, qui est nomen, inquit, Probi habet, postea habere Probi cognomen. *Sabel. lib. 7. Emma.*

Prudentis.

JOSEPHUS Judæorum Princeps, volens cognoscere, quinquam ex filiis septem ad virtutem esset idoneus maximè, unumquemque misit ad eos, qui tum professione disciplinarum erant celebres. Illi vero domum reversi sunt. Deinde octavum & minimum natu Hyrcanum cum trecentis jugis boum misit itinere septem dierum in solitudinem, ut illic sementem faceret, sed prius subtrahit clam loris, quibus arator boves addjugum solet astringere. Quò postquam perventum est, cum non haberet lora, contempto bubulicorum consilio, suadentem aliquem ad patrem mittere qui adiret, nolensque interim expectando coram reditum tempus perdere: commentus est quiddam veterano duce magis dignum, quàm id ætatis homine. Machatis enim decem jugis, carnes quidem in operarios distribuit, scdit autem tergoribus, & loris inde factis, juga hoc modo duobus apavit, & hoc modo arata terra, quàm pater proficindi iusserat, sementeque facta, domum rediit. Pater autem reversum excolatus ad prudentiam & acumen ingenii, & quòd excogitata auderet aggredi, ut solum germanum filium magis etiam posthac amavit, indignè id ferentibus reliquis fratribus. *Iosephi lib. 2. 2. 4.*

HORUS Typhonem, Osiridis patris interfectorem, bello petebat. Osiris ab inferis supplicis veniens, acuit eum exercitue ad præmium, ac requisivit, Quid pulcherrimum censeret? Respondit ille: Patris & matris persequi penas. Iterum rogavit, Quodnam maximè conducere in prælium cunctibus animat? Respondit equum Horo, obstupuit Osiris, miraturque, cur non leonem potius quàm equum? Cui occurrit Horus, esse quidem indigentem equum leonem conducibilem, sed equum ad istam in fugam dissipandam atque conficiendum hostem; quo auditò delectatus est Osiris, quòd abundè infractus Horus esset. *Plut. in Iside.*

LUDOVICUS XI. Gallia Rex, ut Anglos pacatos haberet, non solum Regi annuum solvebat pensionem, sed & splendida familiaribus Regis munera distribuebat. Hastingus Eduardo familiarissimus vix adducti poterat, ut acciperet quicquam. Persuasus autem à Petro Clareto, viro nobili, & indutrio, oblatam quotannis duorum millium aureorum pensionem non reculavit quidem, sed acceptorum chirographum petenti Clareto dare noluit: Quòd enim petis, inquit, æquum est quidem, sed tuus Princeps donum hoc ultra ei misit, non rogatus à me. Si vis, ut capiam, opus est, ut in vestem mihi imponas: testimonium autem à te nullum aut literas es habiturus. Ut enim illud de me jactetur, & chirographum meum inter rationes Quæstorum ararii concipiatur, minimè committam. Claretus cum aliud non posset, relicta illi pecunia, domum reversus, quid egisset, exponit. Rex agrè tulit, quòd literas ab eo nullas obtinisset, ipsum vero qui reculasset dare, magnifacere, eaque fuit causa, cur ei deinde pensionem abique chirographo perolveret. *Phil. Camm. 8. Comment.*

Fortis.

ETHIOPE pueros suos super aves, quas diversi generis educant, sublimes imponebant: & cuius spei futuri essent, periculum facebant. Nam si volantes intrepidè manerent, velut generosus, & se dignos, magna cura educabant: si vero animo constiterant, & trepidi paverent, tanquam degeneres, in loca desertà abiciebant. *Alex. lib. 2. 6. 23.*

HERCULES quomodo trium suorum filiorum fortitudinem explorari voluit.

Pere ex Tit. Elestio Regum, & Mazistratus.

Cum Agæus cum Athra Pithii Trezeniorum regis filius parte volente concubisset, & eam concepisse suspicaretur, gladium & calcæos sub saxum ingens abstraxit, & Athra mandatum dedit, ut si filium peperisset, adultum eum, cum sub lato saxo potuisset eas reliquias eximere, unà cum his, nemine confecto, propter L. Pallantidas, quorum insidias petebatur, ad se mitteret. Id quòd & factum est. Cum ad patrem venisset, propter reposita signa, quæ attulerat, Theleus fuit appellatus, aliis, quia ab Agæo adoptatus, quòd Athenis *visæ* dicitur. *Plut. in Theseo.*

Spartani solebant liberorum suorum indolem experire publice verberibus admotis, illosque hortari, ut flagellorum ictus fortiter perferrent: item laceros ac semianimes rogare, ut vulnera præberent vulneribus. *Plut. in Lacorum Reip. & Lætanus in sermone de Gymnasiis.*

Cruelis.

C. CALIGULÆ sevam & probrosam naturam Tiberius Imperator ita proflus perixerat, ut aliquoties prædicaret, exitio suo, omniumque, Cajum vivere, & se le natricem (serpentis id genus) Populo Romano, Phaetonem orti terrarum educare. *Suetonius.*

THEODORUS GADAREUS, Tiberii in rhetoricis preceptor, animadvertens in puero sanguinarium ingenium sub specie lenitatis latrans, subinde inter objurgandum appellavit illum: *vidi quatuor equos supponere, id est, lutum sanguine maceratum. Suet.* Hoc alii tribuant Alexandro Aegæo Petipaterico, Neronis preceptor; cui lepidè quidam succinverit, *maximè iudicij maximo si dicitur, Malis discipulis peiores magistri. Calvus lib. 11. cap. 12.*

DOMITIUS Neronis, mundo pestilens & damnosus pater, natum sibi filium audiens, congratulans amicis, nullo tactus gaudio: Scitote, inquit, ex me & Agrippina nihil nisi horrendum & insanitum, ac publicè nociturum potuisse præcreari. O infelix, sed verax vates! Unde hæc tibi tanta præscientia futurorum? Notus eras tibi tu, nota conjux execrabilis. Quis te impetus implicuit tam mæstis angustibus? Sed debebat hic partus moribus humanis, & principis Imperio Romano, qui Caligulæ nomen ac titulos obcuraret. *Sueton.*

Religiosa.

Esseni sive sectæ studiosos non statim admittunt, sed per annum integrum extrinsecus commemoranti cuique eundem victus ordinem tribunt: Dolabam quoque, & perizonia, & albam vestem tradentes. Cum verò processu temporis experimentum continentis dederit, accedit etiam ad communem cibum, & purioribus aquis participat; neque tamen in convivium assumitur. Post ostensionem quippè continentis, duobus annis aliis mores ejus probantur. Cumque dignus apparuerit, tunc demum in consortium assumitur. Prius verò quàm incipiat communem habere cibum, magnis execrationibus adjurat, se primum quidem colere Deum, deinceps quoque erga homines servare iustitiam, & neque propria inique nocere cupiam, neque ex præcepto obesse: quinimò iniquos omnes odisse, & studere semper iustitiæ sectatoribus fidem omnibus servare, maximè verò Principibus. Neque enim abique voluntate Dei, cuiquam posse principatus potentiam contingere. Si verò ipse ceteris præsit, nunquam se ab utrumque virtutibus potestatis ad contumeliam subiectorum: sed neque vice, aut ambitioso aliquo ornatu reliquis eminere, veritatem semper diligere, & quantum in se est, convincere mentientes. Manus verò à furto, & animam puram servare ab injustis compendiis, & neque aliquid de myleriis suis celare, neque profanis quidpiam publicare, etiam si tentata quicquam morte compellat. Denique, nihil se de dogmatibus aliud, quàm ipsi susceperint, tradere. Fugere autem latrocinia, & conservaturum & dogmatis sui libros, & Angelorum nomina. His execrationibus explorant, & quasi præmuniunt accedentes. *Iosephi lib. 2. cap. 7. Belli Iudaici.*

In Thebaide, ii, qui cupiebant recipi in cænobium, cogebantur ad minimum decem dies præ foribus jacere, & dorsum suum transcurantibus præbere calcandum. *Hædiopart. 3. lib. 7. cap. 15. Hist.*

Mechanicæ.

DÆDALUS Tali ex sorore nepotis ingenium ex terra & circini inventionem deprehendens, emulatione motus, puerum summæ spei Athenis ex Palladis arce præcipitem dedit. Ejus miscrati dii, in perdicem transformarunt. *Ovid. lib. 8. Metamor.*

CORPORIS. COGNITIO INDOLIS
Robustæ.

Ex Tit. Athletarum huc quedam.

Arbitrium tollendi partus non erat penes parentem apud Spartanos, sed portabat eum in locum, Leichen nomine tibi tribulum

Abulium natu maximi confidentes infantem spectabant. Qui si membris compactis & robustis esset, tolli jubebant eum, fortemque ei ex novem locibus assignabant. Debilem & distortum amandabant in locum voraginosum propter Taygetum, quas Apothecas nuncupabant: quasi nec illi plii, nec civitati, qui non esset in primordio ad bonum habitum, neque ad robur comparatus, expediret vivere. Ideo non aqua infantes, sed vino ablucebant feminae, ad periclitandam eorum constitutionem. Quippe comitales ferunt & morbosus a mero debilitatos facceicere, salubres durefcere, firmari habitu. Nulla lotis fomenta adhibebant, nulla teneris crepundia, solitudinibus tenebrosisque alvefcebant. Ob istaque externarum gentium quidam Laconicas nutrices liberis alendis adhibuerunt.

FORTUNE.

COGNITIO INDOLIS

Principalis, Regum, Ducum.

Cum Propheta Samuel ad unum Jesse domus regem inungendum in Bethlechem venisset, omnibus filiis praelatus est David. Quod si paternum iudicium ad indolem referatur, credi par est, senem lineamenta dumtaxat aut etatem intuitum vehementer hallucinatum. Ceterum Propheta decipi non potuit, qui tota illa fratrum cohorte repudiata, hunc potissimum legit, qui omnium erat praeclarissimus futurus. Nec iudicium caruit eventu. Sabel. lib. 8. c. 8.

Agellaus Archidami filius, in Aegaeus hoc est, Gregibus appellatus puerilium contuberniorum, amatorum Lylandrum habitum, praecipue ingenii ejus modestiam stupentem, qui ei postmodum regnum Spartano comparavit. Cum enim obstinatissimus existeret in muneribus, maximique animi, & ubique peteret Principatum, aestuque ac fervore praeditus esset inexplorabili atque invicto: facilitate tamen & placiditate is fuit, qui metu nihil, pudore imperata omnia faceret: plique probis doloerit, quam pudavetur laboribus. Plut. in Agel. lib. 10.

Tertio bello Punico, M. Cato Censorius excessit e vita, vaticinatus de Publ. Scipione, qui finem impositurus bello esset. Hic tum quidem juvenis erat, sed tribunus militum, specimen in confidibus prudentiae, & animi praebat. Id Romam nunciatum, cum pervenisset ad aures Catonis, dixisse eum perhiberi Homerum illum verum de Tiresia ex Odiss. 11.

Quoque avaritia, nisi sit avara avara. Hinc modo cor soli est, reliqui velut umbra feruntur. Plut. in Catone.

P. CORN. SCIPIO, a populo Romano ad aedilitatis munus admissus, adolecens adhuc, eum se gessit, ut Quirites omnes quid de illo in posterum sibi promittere possent, facile perspicerent. Plut.

Bello Celtiberico ad Numantiam, C. Marius, disciplinae militari sub Scipione facillime praeter ceteris assuefcens, hostem in conspectu Imperatoris oppressit. Unde & aliis honoribus est ab illo evectus: & cum sermo esset aliquando a cena illatus de Imperatoribus, atque ex conviviis unus, sive serio ambigeret, sive assentandi causa rogaret Scipionem, Quemnam post ipsam populus Romanus talem ducem & principem esset habiturus? Scipio manu humero Marii, qui supra eum cubabas, leniter percussit: Hunc fortassis, inquit, tanta fuit indoles in Mario, ut in adolescente jam futura magnitudo cluerec: tanta in illo prudentia, ut ex rudimentis intelligeret finem. Fertur hac praesertim voce Marius quasi divino oraculo in spem erectus, ad Rempub. se contulisse, ac Caecili Metelli favore, in cuius familiae clientela perpetuo a patre ulque fuerat Tribunus plebis factus. Plut. in Mario.

CAROLUS V. Gallorum Rex cum filio suo Carolo VI. indolis exploranda causa coronam auream, & galeam ferream offendentem, optionem fecisset alterutrum accipienda, galeam sese male filius respondit. Corrozetus de Diti. & Sali. memor.

MAGNUS SFORCIA, quum in Albetici Barbiani castris esset ferè imberbis, animoque ferox & manu promptus saepe turbas iurgicae misceret, nec quandoquam ante se pugnam capessere pateretur: in eo peractus Imperator animi atque oris habitum notavit, praedixitque eum, nisi immaturo caderet, & paululum servidi ingenii impetum prudentia temperaret, abfoluti ducis nomen habiturum. Nec multo post suborta altercatione inter commilitones in partienda praeda immortale cognomen adeptus est, quum eam minus aequaliter dividi immodice quereretur. Siquidem tota lite ad ductis arbitrium

delata, judicataque, ad Albericum subtrato & minaci vultu E conversus: Mihi, inquit, Imperator, hoc tuo iudicio rata pars praeda praemittitur, ita ut in posterum similem injuriam a quo animo non sim laturus. Ad ea Albericus reddenti & contracto ore respondit: An & mihi quoque, ut aliis soles, adolecens, vim afferre voles? desime ergo tibi Sforzia nomen. Arque ita, abfolto Martii nomine, ut ab omnibus vocaretur, edixit: quae vox Latine exprimit Violentum. Iovius in vita Magni Sforciae.

Inimica.

C. JUL. CAESAR, etsi a partibus Marii fuit, initio tamen ob eorum, qui interfeciebantur, multitudinem & occupationes est a Sylla neglectus. Ipse ergo ad petitionem Sacerdotii penè impubes venit in campum. Ceterum hujus repulsum adversante clam ei L. Sylla tulit, qui cum de necando eo deliberaret, & ostenderent nonnulli (Mamerus Emilius, & Aor. Cotta, esse Suetonio) nulli esse caute, cur tantum puerum trucidaret: Nihil mentis dixit eos habere, si non ei puero multos viderent Marios inesse. Hae voce ad Caesarem perlata, longo tempore Margarita Daniae regina, Adolphi Holfati ingenium agnoscebat.

Vide supra. Indoles odii.

Nobilis.

BOCARI filius ex Drota Norvegiorum Regis Reginaldi filia Haldanus fuit, cujus juvenia initia soliditatis opinione ferta fuere, sequens vero aetas fulgentissimis operum indignibus illustis evasit. Adolecens pugilem ingenue fame, quod ab eo pueriliter oblundens colapho percussus esset, gemitum quod in manu habebat, petum oppressit. Guritam Danorum reginam ambiens, cum natalium obscuritatem sibi objici videret, factis gloriam nominis sibi comparaturis, duodecim pugiles quatuor in clava morem conformata oppressit. Saxo lib. 7.

Henricus Ferrus Holfatus apud Anglos leonem compefcit. Vide Tit. Aemulatio erga peregrinos.

Genuine, Legitima.

Phylli filios suos jam editos serpentes objiciebant. Qui si illos si manerent, an sua origines essent, experimento intempefciebant. Alex. lib. 1. cap. 35.

Calamitose.

Fertur, etiam quidam Senex primae concionis Periclis adolecentuli interesset, idemque juvenis Pifistratum decrepulum jam concionantem audivisset, non tamen temperasse sibi, quominus exclamaret, caveri illum civem oportere, quod Pifistrati orationi simillima ejus foret oratio. Nec hominem aut aemulatio eloqui, aut motum augurium fessit. Quid enim inter Pifistratum & Periclem interfuit: nisi quod ille armatus, hic sine armis tyrannidem gessit? Val. Max. lib. 8. cap. 9.

Odir humanum genus Timon Atheniensis, nulli hominum mitis, nulli blandus in occurru, praeterquam Alcibiadem puero. Hunc unum in publico comiter excipere, caput demulcere, osculari, amplecti. Rogatque aliquando, Unde illa comitas in sum duntaxat Alcibiadem? Quia video, inquit, fore, ut hic adultus sit patriae exitio futurus. Nec ille sua est conjectura deceptus. Sabel. lib. 9. cap. 10. ex Plut. in Alcibiade.

INDOLIS NON COGNITA,

obscuta, dubia. Mores non agnit.

DEMOSTHENES, cum paulo antea regnum Alexander adeptus esset, dicere in concionibus conlueverat, eum e Macedonia pedem non elatum, cum domi amplexatus esset otium, delectareturque ibi delicatis deambulationibus, velletque longe a periculis bellicis abesse: atque id se affirmabat, non conjecturis quibaldam ductum proferre, sed certo tenere, cum virtus gloriae sanguine emeretur. Id pati non potuit Alcibines, eum sanguinis in altero falso accusando mentionem facere, qui ipse penitus illo delituitus esset: nisi id est avaritia deum si avaritia avaris de avaritia avaris. Valerius lib. 2. var. lect. cap. 21.

A Si quis tyrannum trucidasset Miliadem in Cheronefo, aut confectentem forori postulas & damnasset Cimonem, aut Themistoclem petulant per foror salantem & lascivientem urbe pepulisset, ut ille, qui post Alcibiadis nomen detulit: non-ne nobis Marathonis, Eurymedontes, & nobile Artemisium intercedissent? ubi Cecropida clarum libertatis posuere Fundamentum— Plutarchus de tarda Dei vindicta.

INGENIUM IN STUDIUM, OFFICIUM, OPERIS DEDUCTIONE Vel ADHIBITUM.

Hinc Inventio, Disciplina. Imitatio ingeniosa.

NON ADHIBITUM. CASUS ET FORTUNA in arte & exercitatione.

Pictorem memorant, equum cum pingeret, & reliquis quidem partibus & coloribus successum habuisset, spuma vero, quae ad frenum allidebatur, atque cum anhelitu excidebat, rancitatem non probaret, in pingendo saepius eam absterfisse: tandem iratum impigisse tabulae spongiam, sic ut coloribus erat infecta: quam injectam mirifice expressisse & reddidisse, quod optaverat. Hoc artificiosum prodium est memoritiae unum forane opus. Plut. de Fortuna.

Aeneo Alexandri figgeri Lyfippi opere mirifice Nero captus, cum, ut speciosius redderet, inaurari illud iussisset, & tunc de pulchro decore videretur aliquid amississe, detracto auro, longè pulchrius quam ante remansit: quod auro in concavis statuae locis, rugosique partibus velis relictum, quod nisi offensa statua penitus aboleri nequibat, in eam plus luminis & decoris afferbat. Quod igitur in tota statua superimpositum decorem minuerat, illud ademptum praestitit, quod effici arte posse nemo existimabat. Val. Max. lib. 8. c. 12.

Frisonum urbem Groningam obsidebant hostes. Bombardarii filius, artem parentis imitari volens, igne immisso in maximam bombardam, caput illustrissimi ducis in obsidione foris milites exhortantis, ferreo globo avulsit, & obfessis quietem peperit. Olauz lib. 9. cap. 28.

* HIEROGLYPHICA.

PINDARUS cum aliis plerisque locis, tum praecipue Nemeis, ingenii promptitudinem & velocitatem per Aquilam ostendit, sumpta ab eo comparatione, quod praedam etiam valde procul statem mira pernicitate nanciscatur: visuque ita polleat, ut profundissima quaeque prospectet: quae omnia ingeniorum acuminis sunt accommodata. Pier. Val. 1. 19.

Sphinxhaeta Palladis cupidit subiecta, ut in ea Minerva statua, quam Athenis olim fuisse erectam ait Plinius, ostendit nihil tam abditum & reconditum esse, quod ingenii acumine exerci & palam profertur non possit. Idem lib. 6.

Ingratitudo.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Ingratitudo, quam Graeci ἀχαριστία vocant, est vitium quod tollit debitum gratitudinis, quod est debitum honestatis, secundum S. Thomam 2. 2. q. 107. ar. 1. Dicitur autem Ingratitudo quasi nullo modo gratus.

Distingunt Canonice ingratitudinem in Formalem, & Materialem. Formalis ingratitudo est, quando beneficium vel animus benefactoris contemnitur, ut non videaris ei obligatus ratione praestiti beneficii; estque ex suo genere peccatum mortale, ut docet S. Thom. supra art. 3.

Materialis est, quando abique contemptu vel omittitur debitum gratitudinis officium, vel committitur aliquid contra benefactorem; & colligitur ex eodem Thoma, art. 3.

* GRADUS INGRATITUDINIS, IN GENERE.

Ingratitudinis in genere gradus sunt tres. Primus est, beneficium non retribuere. Secundus, diffimulare, non agendo gratias. Tertius, nolle agnoscere. Atque his gradibus qui in omissione consistunt, tres alii

in commissione consistentes ex auctoribus adduntur. Primus, E retribuere mala pro bonis. II. Viuperare beneficium quod praestitum est. III. Reputare beneficium loco malefcii.

* INGRATITUDINIS IN DEUM SEX GRADUS.

- Primus, Non conari obsequio & cultu divina beneficia compensare.
II. Raro, vel nunquam pro acceptis gratias agere.
III. Ratiis de iisdem cogitare.
IV. Malum pro bono, libere & facile peccando, reddere; omne enim peccatum ingratitudo est in Deum.
V. Negare vel extenuare Dei beneficia: qua ratione Pelagiani vocantur ingrati, quia beneficium redemptionis, & gratiae Christi extenuabant.
VI. Illa aestimare loco malefcii, ut faciunt damnati, & quidam impij.

* DE INGRATIS, ET INGRATITUDINE iudicia Poetarum.

Lucianus.

Quisquis adus, videt ad recipiendum, sic de avaris. Αχρηστος τις χαρις τις κενον εχρηστος.

Malus vir dolium est perforatum, in quod omnes

Immittens gratias in vanum effudisti.

Comnatus.

Pertusum vas est ingratus hominatio: semper

Omne quod infundis, perfluit in nihilum.

Lucianus.

Rimarum plenus perdis tua dona scelestus:

Si sapias integro vina reconde cado.

Petrus Crinitus lib. 2. Poematum, de fugiendis

ingratis.

Ingratus est vitandus ut dirum scelus:

Nil cogitari pestilentius potest,

Nec esse portentosius quicquam puto.

Ingratus aut male facit, aut male cogitat,

Sibi quae tantum parcat, aliis detrahit:

Et odit omnes, qui bonis benefactum.

Ingratus est audacior, quo nequior:

Audaxque cuncta semper in peius movet.

Ingratus est seminarium scelerum omnium.

Hinc est avara mens, & animus perditus:

Hinc fastus impotens, & ambitus gravis:

Ingratus hoc unum benefacit, cum perit.

Nam tellus ipsa fœdus nihil creat.

Portentum id omnium est habendum maximum.

APOPTHHEGMATA ETHNICORUM.

ANTISTHENES, audiens Platonem de ipso male loqui, Regium est, inquit, cum bene feceris, audire male. Excelli profectio animi est, ingratitudine hominum non deterreri a studio bene merendi de omnibus. Laert. lib. 6. c. 1.

DIODEGENES, quarenti, quid apud homines celeritius senesceret? Beneficium, inquit. Dicit enim vix potest, quanta accepti beneficii apud plerisque sit oblitio. Stob.

THEMISTOCLES, Atheniensibus ipsam contumelia afficientibus: Quid tumultuamini, inquit, adversus eos, a quibus saepenumero fuistis affecti commodis? Ajebar autem se similem platanis, sub quarum umbra accurrunt homines afflicti tempestate, & eadem simul, ut rediit serenitas, vellunt convititque petunt. Sentiens, hunc esse populi morem, ut in belli periculis implorent opem fortium virorum, in pace contemnant ac vexent eosdem. Plutarchus in Apophib.

PLATO nominare solebat Aristotelem, mulum. Quid autem hoc sibi nomen voluerit, ex eo liquet, quod mulus, cum saturatus est lacte materno, calcibus petit matrem. Significabat igitur Plato, involuto quodam sermone, ingratitudinem Aristotelis. Etenim is, cum maxima Philofofiae femina & accessus a Platone accepisset, suffatur optimis quibusque adversariis, scholam contra Platonem aperuit, & in Peripato cum suis familiaribus & discipulis adversus eum pugnavit, Platonis perpetuus adversarius esse cupiens. Eliau. lib. 4. de var. hist.

Idem, cum accepisset Xenocratem discipulum multa in eum impie dixisset: Non esse credibile, circumstantibus dixit, ut quent tantopere amaret, ab eo invicem non diligeretur, sed foggillare-